

## PRECIO EN MADRID

Por tres meses..... 8 rs.  
 Por seis..... 15.  
 Por un año..... 28.

## BOLETIN

## EN PROVINCIA PORTE FRANCO.

Por tres meses.... 12 rs.  
 Por seis..... 23.  
 Por un año..... 44.

## ECCLESIASTICO OFICIAL DE LA DIÓCESIS DE TOLEDO.

Se publica todos los DOMINGOS con licencia de la Autoridad eclesiástica.

**Bula del Sr. Inocencio XIII, dirigida á España, que debe tenerse muy á la vista.**

§. 3. Et tam in his, qui ad primam Tonsuram, quam in aliis, qui promoveri ad ordines etiam minores optaverint, omnino servetur pariter regula ab eodem concilio Tridentino tradita: nimirum, ut nullus ordinetur, qui iudicio sui Episcopi, non sit utilis, aut necessarius suis ecclesiis, quique illi ecclesiæ, aut pro loco, pro cuius utilitate, aut necessitate assumitur, non adscribatur, ubi re ipsa functiones muneri suo consentaneas exercent. Quod si qui modo reperiantur, vel clericali tonsura jam initiati, vel ad ordines, sive minores, sive majores jam promoti, qui nulli certæ ecclesiæ, vel loco pio adscripti fuerint, Episcopi ad inscriptionem hujusmodi, vel á se ipsis, vel á prædecessoribus suis omissam, statim suppleant, non minus quoad omnes in majoribus ordinibus, etiam presbiteratus, constitutos, quam quoad eos, qui vel sola prima Tonsura, vel minoribus ordinibus initiati, beneficium tamen Ecclesiasticum possident. Ex reliquis autem, ut præfertur, vel sola prima Tonsura insignitis, vel in minoribus ordinibus constitutis, sed beneficio carentibus, non nisi eos adscribant, quos ecclesiis suis utiles, vel necessarios esse judicaverint. Cæterum antedictæ adscriptionis executionem differri posse per aliquod temporis spatium, quod ipsis episcopis conveniens videbitur, permittimus quoad eos, qui á Diœcesi, in qua Tonsuram, vel ordines susceperunt causa ediscendi literarum scientiam in aliqua publica universitate, vel Gymnasio, sive ex alia rationabili causa á suo episcopo approbata, vel approbanda, absentes reperiantur.

§. 4. Cum autem clerici, qui in episcopalibus seminariis educantur, ut commodius ad literarum, sacrarumque rerum studium operam conferre, aliisque á concilio Tridentino præscriptis addiscendis magis assidue incumbere possint, teneantur juxta ejusdem concilii decretum diebus tantum festis cathedrali, aliisque locis ecclesiis inservire: hanc quidem servitii per eos abundi rationem servari in omnibus hispaniarum diœcesibus, necnon ip-

**Bula del Sr. Inocencio XIII, dirigida á España, traducida al castellano.**

§. 3. Y tanto en los que conviniere promover á la prima tonsura, como á los órdenes menores, obsérvese en un todo igualmente la regla prescrita por el mismo concilio Tridentino; á saber, que ninguno se ordene que no sea á juicio de su obispo útil ó necesario para sus iglesias, y que no se asigne á aquella iglesia para la cual se ordena, en razon de la necesidad ó utilidad del lugar, si realmento no ejerce las funciones propias de su cargo. Por cuya razon si hubiese algunos, bien tonsurados, bien ordenados de menores ó *in Sacris*, que no estuviesen asignados á determinada iglesia ó lugar piadoso, los obispos suplan inmediatamente esta omision, haya sido cometida por ellos mismos, ó por sus predecesores, y tanto respecto á todos los ordenados de mayores, aun presbiteros, cuanto respecto á los tonsurados y de menores que poseen beneficio eclesiástico. De los demas tonsurados y ordenados de menores que no tengan beneficio solo asignen aquellos que sean ó juzguen útiles ó necesarios para sus iglesias. Pero la ejecucion de dicha asignacion podrá diferirse, por algun espacio de tiempo, segun crean conveniente los mismos obispos; lo que permitimos para con aquellos que estén ausentes de la diócesis, en que fueron tonsurados ú ordenados de menores, por razon de estudiar en alguna universidad pública ó academia, ó por otra causa razonable, aprobada ó que se haya de aprobar por su obispo.

§. 4. Estando obligados por decreto del mismo concilio á asistir á la catedral ó á otras iglesias de la poblacion, en los dias festivos, los clérigos que se educan en los seminarios para que mas cómodamente se dediquen al estudio de las letras y cosas sagradas y puedan aplicarse con mas asiduidad á las demas enseñanzas que el citado concilio Tridentino prescribe, queremos y mandamos que este servicio á la Iglesia se observe en todas las diócesis de España, y que ademas asistan á las procesiones y rogativas generales, pero solo á aquellos á que